

IV
N 9460
S. 25

J. G. G.



9460. IV. N. f.

Ex libris
Josephi Knæ Medicina Doctoris.

J

M

Enun

Typis,

JOANNIS ANTONII
SCOPOLI
MED. DOCT.

METHODUS
PLANTARUM

Enumerandis stirpibus ab eo hucusque
repertis destinata.



N^o 191.

Dr. Joannis Welzenb. Professor.

VIENNÆ AUSTRIÆ,

Typis, Joannis Petri van Ghelen, Sac. Cæs. Reg. Majestatis
Aulæ Typographi,

IN=030000355



PRÆFATIO



Um in eo totus essem, ut patrias stirpes hucusque collectas fideliter enumerarem, propriis, aliisque experimentis edocetis, novum ordinem iisdem destinavi. Ergo classium characteres ex ea fructificationis parte desumpsi in qua naturam constantiori methodo agentem deprehenderam iis annis, quibus assiduo observarem illa, quæ in vegetabili Naturæ Regno oriuntur. Generum nomina Tournefortiana plerumque retinui, quæ in deterius mutata, & ex arbitrio a Recentioribus neglecta videntur.

Notas vero Genericas & Speciales , aliaque
multa hic omissa alio loco enarabo , spe fre-
tus , eos labores Herbariæ rei addictis uti-
litatem aliquam esse adlaturos .

Persuassimum mihi est , studii Botani-
ci Tirones artificiali methodo esse instruen-
dos , cum naturalem non nisi summi & ex-
ercitatissimi viri ex crebra attentaque ge-
nerum comparatione assequantur . Chri-
stian. Gottlieb. LUDWIGIUS in Præfat. ad
Definit. Gener. plant.

ME-



METHODUS PLANTARUM
PETALODEÆ.
CLASSIS I.
MONOPETALÆ.

I. POMIFERÆ.



I membrana crassior, fructus major, pulpa carnosior. BOERRHAV. *Lugdb.*
P, 2. pag. 60.

Cucumis, Cucurbitæ &c.

II. BACCIFERÆ. Si membrana tenuis, fructus minor,
pulpa mollior. Idem l. c.

Baccæ est succulentus fructus, propriæ pericarpio fæcla, improprie ex parte qualibet. LINN. *Philos. Botan.* 113.

A. Monosperme.

1. Baccæ simplici.

a. *intra corollam.* Thymelæa, Olea &c.

b. *infra corollam.* Viburnum &c.

2. - - *gemella.* Rubia &c.

B. Dispermæ.

1. *Baccâ simplici.* Ruscus, Ligustrum &c.

2. - - *coacervatâ.* Arum &c.

C. Trispermæ.

1. *Corol. in apice ovarii* Sambucus &c.

2. - - *ad basim ovarii.* Alaternus a Rhamno
distinguendus.

D. Tetraspermæ.

1. *Corol. 4-fidâ* Rhamnus, an potius Polype-
tala ut MICHELIUS observavit ? mihi
nondum certo constat.

2. - - *5.-fidâ* ovarium complectente. Mos-
chatellina &c.

E. Polyspermæ.

1. *Corol. fructui innatâ* Bryonia, Caprifoli-
um &c.

2. - - *circumnata.*

a. *campanulatâ* Polygonatum,
Mandragora, Arbutus &c.

b. *rotatâ* Solanum, Alkekengi
&c.

Seminum in baccis omnibus, haud per-
petuo certus est numerus, a constantiori

tamen notas sumpsi, in *Monopetalis*, me hucusque observante æquè bonas, ac illæ, quæ ab alia qualibet floris parte petuntur.

III. ANGIOSPERMÆ s. *Vasculiferae.*

* *Unicapsulares.*

A. *Uniloculares.*

1. *Corol. regul.*

- a. *campaniformi.* Soldanella &c.
- b. *hypocrateriformi.* Primula &c.
- c. *infundibuliformi.* Menyanthes &c.

2. - *irregul.* Orobanche &c.

B. *Biloculares.*

1. *Corol. regul.*

- a. *apice dehiscentes.* Nicotiana, Centaurium, Cuscuta &c.
- b. *horizontaliter dehiscentes.*

α. Corol. 4-fidæ. Plantago &c.

β. - - 5-fidæ. Anagallis &c.

2. *Irregul.*

a. Corol. 4-fidæ. Veronica &c.

b. - - 5-fidæ. Verbascum, Hyoscyamus &c.

c. - - Ringente.

α. cal-

a. calcare preedita. Linaria &c.

- - - carente.

b. - Melampyrum, Pedicularis, Euphrasia, Scrophularia &c.

C. Triloculares.

1. Corol. regul.

a. Fructu infra corollam. Campanula, Crocus, Aloe, Iris &c.

b. - intra corol. Liliaceæ TORNÉFORTII Clas. 9. Sect.

I. &c. quo nomine etiam Ruscum, Unifolium, Polygonatum, Asparagum &c. donavit CL. HALLERUS, etsi a Lili formâ omnino recedant.

c. - extracorol. Tithymalus &c.

2. - irregul.

a. Fructui imposita. Rapunculus &c.

b. - - - circumposita. desunt.

D. Quadriloculares. Stramonium &c.

E. Multiloculares.

1. Corol. regul. Oxiis, an & Ledum? an hoc Multicapsulare?

2. - *irregul.* Aristolochia &c.

*** * Bicapsulares.**

† *Semine papposo.* Asclepias, Apocynum,
Nerium &c.

† † - - *nudo.* Pervinca.

*** * * Tricapsulares.**

*** * * Quadricapsulares.**

} desiderantur.

*** * * * Multicapsulares.** ob stamina in cylindrum,
aut columnam coalita *Columniferæ*
dictæ a Nonnullis; *Monopetalæ re-*
gul. *Polyanth.* *Monoft.* LUDWIGII.
Malvacea gens.

IV. GYMNOSPERMÆ.

A. *Monospermæ.* Valeriana &c.

B. *Dispermæ.*

I. *Fructu intra corol.* Nova planta pau-
cis describenda, cui corolla mo-
nopetala, infundibuliformis, quin-
quefida, æqualis, e cujus tubo ex
intervallis segmentorum oriuntur
conica brevissima filamenta quin-
que, antheras gerentia sagittatas.
Tuba unica, longa, curvula, pur-
purea. Calyx quinquefolius, duo-
bus scilicet majoribus inferioribus,
& tribus minoribus ac superioribus

B

fo-

Cerinthe
minor

foliolis, fructum continentibus compositum ex seminibus duobus, nigris, fere conicis, apice bifidis, & per longitudinem fulco exaratis. Radix perenis. Caulis rotundus, late virens, fragilis, ramosissimus. Folia amplexicaulia, alterna, subrotunda, simplicia, e quorum angulis exeunt tenues longique pediculi, qui descriptos gerunt flores. Locus in Styria Inferiori ad montem Arcis Secoviensis.

2. - *infra corol.* Gallium, &c.

C. *Trispermæ.* - -

D. *Tetraspermæ. Ringentes s. Labiatæ. TORNÉFORTY. Verticillatæ RAY.*

I. *Diandriæ. Sclarea, Rosmarinus, Salvia &c.*

2. *Tetrandriæ. Monstra in hac gente frequentia observavi.*

a. *Galeatae.*

aa. *Galea obscure bifida, segmentis non divergentibus.*

aa. *Calyces subaequali. Lamium, Galeopsis.*

bb. - *labiato. Brunella &c.*

β. - *Manifeste bifida, segmentis divergentibus.*

aa.

- aa. *Calyce aequali.* Marrubium &c.
 bb. - *inequali.* Hyssopus &c.
 cc. - *labiato.* Thymus, Prasium,
 Cunila &c.
 vv. - - *Trifida.* Cassida, Ocimum &c.
 b. *Obscurius galeatae.* Mentha, Pulegi-
 um, Verbena &c.
 c. *Non galeatae.* Bugula, Chamædriis. &c.
 3. *Polyandria.* Asperifoliae RAY.
 a. *Corol. regul.*
 aa. *Rotata.* Borrago, Omphalodes &c.
 bb. *Infundibuliformi.* Buglossum, Li-
 thospermum &c.
 cc. *Hypocrateriformi.* Heliotropium &c.
 b. - - *irregul.* Echium &c.

CLASSIS II. DIPETALÆ.

AD hanc Classem pertinet Circæa, quæ ad *Uni-*
capsulares, Biloculares spectat, an & Corisper-
 mum foliis oppositis LINN. Cliffort. 3., seu Stellaria
 HALLER. *Helvet.* 198. an potius ad *Apetalas ab-*
legandum est, ut voluit VAILLANTIUS in *Botan.*
Parisiens. Tab. 32. Fig. 10. a. b. e. f.?

CLASSIS III.

TRIPETALÆ.

INter meas plantas, quibus hanc methodum destinavi, nulla ex *Tripetalis Pomum*, *Baccamve* gerit, ergo *Angiospermas* aliquas tantum enumerabo.

A. *Unicapsulares.*

1. *Biloculares.* *Polygala.* BOHEMER. *Flor. Lips.* 253.
2. *Triloculares.* *Ephemerum*, quod ad *Rosaceas Polypetalas* reduxit TOUNEFOR-TIUS, an bene?

B. *Multicapsulares.* *Alisma LINN.* *Damasoni-um TOURNEFORTY.*

Gramen Junceum spicatum, seu *Triglochin C. B. P.* 6. BOHEMERUS *loc. cit.* 251. & *Rumicem*, seu *Laphatum antiquorum Cl. LINNÆUS* *syst. nat. Plant. Class. 6. Trigyn.* *ad Tripetalas* retulerunt, quas alii Botanici ferè omnes inter *Apetalas* enumerarunt. Ejusmodi difficultates plurimas Recentiorum scripta passim habent, tamdiu duraturas, donec felicior futuri ævi diligentia limites inter calycem & corollam certos, verosque posuerit.

CLAS-

CLASSIS IV.

TETRAPETALÆ.

- I. POMIFERÆ. **H**Actenus mihi nullæ, a. Cl. LIN-NÆO Cambogia refertur. *Polyand. Monog.*
- II. BACCIFERÆ. Paris, Unifolium &c.
- III. ANGIOSPERMÆ. * *Unicapsulares.*

A. Tetrandriæ.

1. *Uniloculares.* Trapa &c.
2. *Quadriloculares.* Evonymus, nescio quam plantam flore polypetalo præditam, Evonymi titulo donaverit BOHEMER. 353. Ruta etiam huc spectat, quæ evidenter Cruciformis est, quidquid dicat TOURNEFORTIUS.

B. Polyandriæ.

1. *Staminibus ex fundo pistilli genitis.*
 - a. *corolla fructui imposita.*
 - a. *semine papposo.* Chamænerion &c.
 - b. - - *nudo.* Oenothera LINN. &c.
 - b. - - *circumposita fructui. seu siliqua.*
 - a. *breviori - Siliculosa.*
 - aa. *uniloculari.* Myagrum, Rapistrum &c.
 - bb. *biloculari.*

aa. *septo valvis parallelo.* Clypeola,
Alysson &c.

bb. *septo ad valvas normali.* Nastur-
tium, Thlaspidium &c.

b. *longiori - Siliquose.*

aa. *Uniloculari.* Chelidonium &c.

bb. *Biloculari.* TOURNEFORT. Class.

5. *fest.* 4. &c.

2. *Staminibus ex involucro capsulae prodeunti-
bus.* Papilionaceæ, aut his Adspines. Dia-
delphia LINN.

a. *calyce carentes.* Fumaria &c.

b. - - *præditæ.*

a. *siliquâ uniloculari.* Papilionaceæ omnes,
exceptis Leguminosis siliquis geminatis
RAY, Meth. emend. gen. 22. &c.

b. - - *biloculari.* Astragalus. &c.

IV. GYMNOSPERMÆ.

A. *Tetrandriæ.* Potamogetton &c.

B. *Polyandriæ.*

1. *semine nudo.* Tormentilla, Thalictrum &c.

2. - - *caudato.* Clematis &c.

CLAS-

CLASSIS V. POLYPETALÆ.

I. POMIFERÆ.

- A. *Corollæ fructui insidente.* Pyrus (quò spectant Malus, Cydonia) Punica &c.
- B. - - *Fructum ambiente.*
1. *osculo fœtæ.*
 - a. *levi.* Armeniaca &c.
 - b. *sulcato.* Perssica &c.
 2. - - *carentes.* Citrus, Limon. &c.

II. BACCIFERÆ.

A. Monospermæ.

1. *baccâ simplici.* Prunus, Cerasus, Ziziphus &c.
2. - - *compositâ.* Rubus, a Fragaria distinctissimum genus &c.

B. Dispermæ.

1. *baccâ intracorol.* Berberis, Frangula &c.
2. - - *infra corol.* Cratagus &c.

C. Trispermæ.

1. *corollæ fructui insidente.* Sorbus, Myrthus &c.
2. - - *fructum ambiente.* - -

D. Tetraspermæ. Vitis, RAIUS, TOURNEFORTIUS, & alii.

E. Polyspermæ.

1. *corollæ fructui insidente.* Rosa, Mespilus, Asparagus, Opuntia &c.

2. - - - circumposita.

a. *semina includente*. Hedera, Nymphæa &c.

b. - - *sustinente*. Fragaria, peculiare genus,
neque ad Potentillas referendum ut non-
nullis placuit Recentioribus.

Ci. HALLERUS *Pomiferis* adnumerat Rosam, Myrtum, Sorbum, Cerasum, Prunum, quas stirpes Celeberr. LINNÆUS inter Icosandrias *Bacciferas* collocavit. An idem fortè *Pomum*, idemque *Bacca* significat? nequaquam; repugnat enim Ratio, Natura, Experimentum, Auctoritas.

III. ANGIOSPERMÆ.

* Unicapsulares.

A. Uniloculares.

1. *vasculo crasso tabescente*. Amygdalus, &c.

2. - - *tenui permanente*.

a. *corol. uniformi*.

u. fructui innata. Agrimonia. &c.

o. - - circumnata.

aa. capsula apice dehiscente. Alfine, Parnassia, Rorella, Helianthemum, Lychnis &c.

bb. - - horizontaliter dehiscente. Portulaca &c.

cc. - - basi dehiscente. Tilia &c.

b. - - difformi. Viola &c.

B. Biloculares.

1. *Petalis e calyce natis. Salicaria &c.*
2. - - *e fundo stigmatis. Saxifraga &c.*

C. Triloculares.

1. *corol. regulari.*

a. *fructui circumpositâ.*

a. solitaria. Lilium, Ornithogalum, Pha-
langium, Tulipa &c.

b. aggregatâ. Allium, Ananas &c.

b. - - impositâ. Amarylis, Bermundiana &c.
2. - - *irregulari. Orchideæ HALL. Gynand.*
Diand. LINN. &c.

D. Quadriloculares. - - -**E. Multiloculares. Pyrola, Cistus, Nigella,**
Linum &c.

** *Bicapsulares. Acer (si inter Petalodeas nu-*
merandus est)

*** *Tricapsulares. Cardamindum, Delphinium,*
Veratrum &c.

**** *Quadrincapsulares. Tribuloides &c.*

***** *Multicapsulares.*

1. *calyce præditæ Sedum, Geranium, Pæonia,*
Filipendula &c.

2. - - *destitutæ.*

a. *corol. regul. Chalta &c.*

b. - - *irregul. Aquilegia &c,*

IV. GYMNOSEPMÆ.

- A. *Monospermæ*. Statice, Corrigiola &c.
 B. *Dispermæ*. Umbelliferæ RAY. TOURNEFORTII &c. *Gymnodispermæ* Umbellif. BORDERHAV. *Pentand.* *Gymnodisp.* LINN. quibus ordinandis *Artediana methodus* videtur omnium optima.

1. *Umbella manifesta*, quæ est Flos aggregatus ex flosculis pluribus insidentibus, receptaculo in pedunculos fastigiatos, omnes ex eodem punto productos LINN.

Phil. Botan. 118.

a. *Involucro universali & partiali*. Angelica, Ligusticum, Cuminum, Oenanthe, Tordylium, Daucus, Ammi, Sium, Bupleurum, Selinum &c.

b. *Involucro partiali tantum*. Coriandrum, Chærophyllo, Scandix, Imperatoria &c.

c. *Involucro nullo*. Pastinaca, Anethum, Carum, Apium, Anisum &c.

2. *Umbellâ obscuriore*. Hydrocotile &c.

Ex petalorum ac seminum fabricâ denuo subdividi facile possunt.

C. *Trispermæ*.
 D. *Tetraspermæ*. } Inter meas nullæ.

E.

E. *Polypermæ.*

- I. *petalis ex calyce natis.* Potentilla, Caryophyllata &c.
2. - - *circa ovarium ortis.* Anemone, Pulsatilla &c.

CLASSIS VI. FLOSCULOSÆ.

I. **F**losculis sterilibus. Xanthium, Ambrosia &c.
II. **F**losculis fæcundis.

- A. *Staminibus disjunctis.* Scabiosa, Globularia, Dipsacus &c.
- B. - - *coalitis.*
 1. *semine nudo.*
 - a. *squammis calycis simplicibus.* Absynthium, Artemisia, Tanacetum &c.
 - b. - - *ramosis.* Carthamus &c.
 2. *semine papposo.*
 - a. *flosculis in ambitu sterilibus.* Cyanus, Rhaeticum, &c.
 - b. - - *omnibus fæcundis.* Carduus, Cirsium, Lappa &c.
 3. *semine aristato.* Ageratum.

CLASSIS VII.

SEMIFLOSCULOSÆ.

Flosculis omnibus planis; *Planipetala*. s. *Cichoriaceæ* Cl. HALLERI, cuius Methodum hactenus optimam, hic ad amissim sequi lubet.

A. Semine pappo coronato.

1. *placentâ nudâ*. Taraxacum, Hyeracium, Crepis, Picris, Sonchus, Condrilla, Lactuca, Scorzonera, Tragopogon, &c.
2. - - *alveolatâ*. Intybus &c.
3. - - *pilosâ*. Andryala &c.
4. - - *squammosâ*. Hypochoeris &c.

B. Semine foliis coronato. Catanance &c.

C. Seminibus partim nudis partim coronatis. Rhagadiolus &c.

D. Seminibus nudis. Lampsana, Hyoseris, Scholimus &c.

Cichorium, pappo margine quinquedentato præditum esse docet Cl. LINNÆUS.

CLASSIS VIII. RADIATÆ s. COMPOSITÆ.

Corymbiferæ flore radiato RAY Meth. emend. Gen.
8. seu plantæ, quarum flores ex flosculis centrum,
& semiflosculis discum occupantibus, constant.

I. SEMIFLOSCULIS STERILIBUS. Xeranthemum, Catlina &c.

II. - - FÆCUNDIS

A. Semine nudo.

1. placentâ foliosâ. Chamæmellum, Achillea, Helianthus, Buphthalmum &c.

2. placentâ nudâ. Matricaria, Calendula, Bellis &c.

B. Semine papposo. Aster, Solidago, Jacobæa, Arnica, Doronicum &c.

C. Semine foliis coronato. Tagetes, Helenia &c.

A P E T A L Æ

CLASSIS IX.

STAMINIBUS CONSPICUIS PRÆDITÆ.

Difficile est accuratam stirpium Apetalarum tradere methodum; nam Primo ab aliquibus ad sta-

mineas reducuntur plantæ quædam, quas alii petalis
instructas appellant, ut genera Euphorbii, Polygoni,
Rhamni, Thithymali, Fagopyri, Persicariæ, Ambro-
siæ, Visci, Amaranthi, aliaque docent. Secundo in
condendis generibus mirifice dissentunt Scriptores,
sic plantam calyce trifido, baccato, & unico semine
præditam Blitum vocat Cl. LINNÆUS inter *Monan-*
driæ idipsum enumerans cum tamen hoc genus ad
Pentantheras Chenopodii titulo ab aliis Viris doctissi-
mis referatur, sic idem *Vir clarissimus*, nunc ex Per-
sicaria Nicotianæ folio (licet octo staminibus careat)
& Helxine, nunc vero ex ea ipsa & Polygono unum
genus constituit, sic denique (ut alia multa præte-
ream) Salicorniam, Hippurim aliasque plantas, quis-
que ferè Botanicus suo modo distribuit. Quidquid
sit tamen ex Theoria staminum ab Hallerianis præci-
pue observationibus desumptâ, *Apetalarum methodum*
confidere aggredior, meliora enim, huic operi ido-
nea, auxilia, hucusque desunt, quæ doctior Posteri-
tas forte reperiet.

APETALÆ staminibus conspicuis.

I. FRUCTUI CONTIGUIS.

A. *Monandriæ*. ex meis nullæ; *Monand.* Ce-
leberr. LINNÆI *System. Nat. Class.* I. 9. -
8. - II. huc spectant, an verè?

B. *Diandriæ*, *Anthoxanthum*, *Mariscus HALL.*

C. *Triandriæ.*

1. *stamin.* *intra fructum occulatis.* *Ficus &c.*
2. *stamin.* *extra fructum manifestis.* *Gramina,* hisque Adfinis.
- a. *folliculo uniglumi*
 - semine nudo.* *Carex, Cyperus, Scirpus &c.*
 - semine lanigero.* *Linagrostis.*
- b. *Folliculo biglumi.*
 - calyce nullo.* *Nardus, Hordeum &c.*
 - - univalvi.* *Lolium, Alopecurus, Ischaemum &c.*
 - - bivalvi.*
 - aristato.* *Phleum.*
 - non aristato.* *Triticum, Poa, Avena, Milium, Bromus, Arundo, Festuca &c.*
- c. *Folliculo triglumi.* *Panicum, Sparganium, Typha &c.*
Gramina secundum adfinitatem cum Cerealibus dispositi primo RAIUS, quem secuti sunt MONTIUS, diligentissimus SCHEUCHZERUS, paucisque mutatis VAILLANTIUS, MICHELLIUS in

Catalogo horti Florent. VAILLANTIUM
ferè secutus est, in alia vero parte *novo-*
rum generum, secundum glumas proprio
ordine disposuit. LINNÆUS juxta caly-
cis fabricam subtilius, Egregius vero
HALLERUS, omnium optime, ut
ego quidem arbitror, gramineam gen-
tem accurate divisam, simpliciori sys-
temate decoravit.

D. *Tetrandrie.* Parietaria, Alchimilla, Apha-
nes &c.

E. *Polyandriæ.*

1. *fructu ex calyce nato.* Beta, Asarum &c.
2. - - *ex pistillo genito.* Atriplex, Chenopodium, Thesium, Persicaria, Ulmus, Acorus, Polygonum, Fagopyrum, Bistorta, Knawel, Triglochin, Juncus, Chrysosplenium, Laphatum, Herniaria, Pentapteris &c.

II. A FRUCTU REMOTIS.

A. *In eadem planta.* Monœcia fere omnes
Celeb. LINN.

1. *stamin. coalitis.* Coniferae. Abies, Pinus, Cupressus, Juniperus, Taxus &c.

2. - - *disjunctis.*

- a. *Iulum gerentes.* Salix, Populus
Quercus, Castanea, Betula, Alnus,
Carpinus, Corylus, Fagus &c.
b. *Iulo carentes.* Ricinus.
- B. *In diversa planta.* Cannabis, Lupulus,
Urtica, Spinacia, Mercurialis &c.

CLASSIS X.

A PETALÆ STAMINIBUS CONSPICUIS DESTITUTÆ.

I. FILICES. *C*apillares. *Dorsiferæ.* LUDWIGIUS De-
fin. gen. Class. 18. tredecim attulit
genera. BOHEMERUS autem a GLEDITION-
CHIO edoctus sequentia tantum adstruxit.
Acrosticum, Asplenium, Polypodium, Pteris,
Osmunda, Struthiopteris, Ophioglossum,
Equisetum, & bene quidem, quæ enim sapi-
piens Natura conjunxit, nunquam ab Arte di-
vidi debent.

II. MUSCI. Bryum, Polytrichum, Lycopodium, Hy-
pnum, Mnion, Sphagnum, Fontinalis.
Muscos stupendâ industriâ detexit, & ab-
solvit DILLENIUS. LINN. *Phil. Bot.* 73.

III. ALGÆ. Marchantia, Jungermannia, Anthoceros,
Lichen, Blasia, Riccia, Ulva, Tremella,
Spongia, Conferva, Chara, Fucus.

DILLENIUS ex textura, MICHELLIUS vero
subtilius secundum flores hanc gentem dispo-
suit. Ex dubiâ stirpium harum fabricâ, dubias
dixit LUDWIGIUS, ibique recensuit, Corall-
lum, Madreporam, Tubiporam, Millepo-
ram &c. quæ ad Regnum Vegetabile minime
spectant, cum sint lapides calcarei a verme con-
structi, ut primus detexit JUSSIÆUS vid.
Dissert. de Corall. Balth.

IV. FUNGI. Amanita, Suillus, Polyporus, Erinaceus,
Merulius, Phallus, Clathrus, Fungoides, Cyano-
thoides, Lycoperdon, Clavaria.
Genera GLEITSCHIANA apud BOHEME-
RUM alio modo DILLENIUS, aliterque MI-
CHELIUS secundum fructificationes ordinavit.

FINIS.

VIENNÆ AUSTRIÆ,

ANNO MDCC LIV.

NARODNA IN UNIVERZITETNA
KNJIZNICA

COBISS SR



00000320882

